

mutu DEI tota fit perfectio. Jam vobis discipulorum Turbae huius rei unius dispositionem, demonstravi quæ naturis est perfectior, preciosior, ac honorabilior. Et iuro, vobis per DEUM, quod multo tempore in libris investigavi, ut adhuc unius scientiam pervenirem, ac DEUM oravi ut quid est me doceret. Exaudita autem oratione, mundam aquam mihi demonstravit, qua novi merum acetum, & quanto magis libros legebam, tanto magis mihi illuminabatur.

*Et ego
mihi etc.*

Sermo decimus Sextus.

S O E R A T E *siquit*: Scitote manentium Turba filij Doctrinae, quod absq; plumbo nulla fit tinctura eò quod vinum habeat. Nonne videtis qualiter Hermes, gratia triplex punicam cum in corpore subiungitur, in colorem vertitur invariabilem. Et scitote quod prima vis est acetum. Secunda verò plumbum de quo sapientes dixerunt, quod cum punicum in corpore subiungitur, fit ex eo color invariabilis. Accipite ergò plumbum quod fit ex lapide qui dicitur Kuhul, & fit optimus, & coquite ipsum donec ipsum nigrum fit. Deinde nitri aqua ipsum terite, donec spissum fiat ut pinguedo. Item deinde coquite nitentissimo igne, donec spissitudo corporis diruatur, aqua contempta. Accendite ergò super ipsum, quousq; fiat lapis, mundus & nummosus & albissimus, terite ergò ipsum, rore, & sole, & aqua maris, ac pluviae. XXI. diebus x. diebus falso. x. verò diebus dulci aqua, & invenietis ipsum, nummoso lapidi simile. Coquite igitur ipsum nitri aqua donec fiat Stannum. Coquite igitur ipsum donec humore privetur ac siccum fiat. Et scitote quod cum siccus fit, sui humoris residuum velociter bibit, & quod est plumbum combustum. Agite igitur ipsum ne comburatur. Hoc autem sulphur quod non comburitur nuncupamus. Terite ergò ipsum acerrimo aceto, & coquite donec spissetur & cavete, ne acetum in fumum vertatur, & pereat, & coquite ipsum. Centum quinquaginta diebus. Jam ipsam igitur albi plumbi dispositionem demonstravi, eo autem noto nihil aliud est quàm mulierum opus & ludus puerorum. Et scitote quod arcanum operis auri fit, ex masculo, & foemina, masculum autem iam in plumbo vobis ostendi foeminam verò in auripigmento, vobis nuncupavi, auripigmentum igitur plumbum scite hic enim masculus recepta gaudet foemina eo quod masculo adiuvatur. Masculus verò a foemina, tingentem accipit spiritum. Ipsos igitur mixtos vitreo imponite vasi, & Etheliae & aceto terite acerrimo ac septem coquite diebus, & cavete ne arcanum fumiger,

Coquite.